



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 100. Cæsar obsidionem ignominose solvere coactus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

**Sæcul. XVI.** Verum Carolus Imperator nonnisi vi.  
A.C. 1552.

*Steid. comm. si obsidioni initium dare poterat, hac  
l. 24 p. 909. autem mora Guisio Duci opportunum  
relinquebat spatium, ut hanc æque, ac  
Siege de  
Metz par  
Salignac  
Daniel hist.  
de France  
tom. 6. p. 44.* Nancejensem urbem necessario appara-  
tu instruere, plurimosque Proceres,  
qui ad earum defensionem accurrerant,  
illis imponere posset. Eo tempore Al-  
bertus Marchio Brandenburgicus, qui  
adhucdum Gallis födere junctus erat,  
prope Pontem - Mussanum cum quin-  
quaginta peditum centuriis, ac nume-  
roso Equitatu castra metabatur, ubi-  
ero Cæsarem appropinquare noverat,  
mox mutata animi sententia clam cum  
illo paciscebatur, ac die quarta Novem-  
bris ad Cæsaris castra ante urbis Meten-  
sis muros posita veniebat. Aumalius  
Dux cum Albertum ad Cæsarem des-  
cisse perciperet, mox cum suo agmine  
accurrerat, vel ut Albertum captum  
abstraheret, vel saltem ejusdem exerci-  
tum Cæsareis jungere præpediret: verum  
sinistra fortuna usus disjectis, inque fu-  
gam actis copiis suis ab Alberto proflig-  
atus, captusque fuit.

§. C.  
*Cæsar obsidionem ignominiose solvere  
eo affectus.*

Ita.



Itaque Carolus Imperator primis hisce Sæc. XVI.

victoriæ auspiciis animatus, cum a- A.C. 1552.

tiunde exercitum ferme centies mille

*Thu. l. II.*

peditibus ac duodecim equitum millibus

*p. 348.*

validum recenseret, die vigesima secun- *Sleid. l. c.*

da Octobris tanta animi fortitudine,

quæ Belliducem de victoria certum de-

cet, obsidionem auspicatur, urbemque

centum, & quatuordecim belli tormentis

identidem verberat: verum urbe a

Belliducibus magis adhuc valide pro-

pugnata Cæsar elusa suorum fortitudi-

ne, ac conatibus obsidionem exeunte

Mense Decembri solvere cogebatur (\*)

E e 2 ac

(\*) Hujus obsidionis solutionem pro more gentis suæ jaætabundus invictæ Belliducum fortitudini adscribit, verum præter alias Scriptores quamplurimos Sleidanus & Heuterus I. 1. 3. c. 17. Rem magis ingenue describunt his verbis: *cum Cæsar ad urbem Metensem nec tormentis nec cuniculis quicquam proficeret, nulla que ratione consultum videretur, militem morbis invalidum, in dubia expugnationis eventum firmissimo obiicere præsidio, discedere soluta ob- fidione statuit: bruma enim continuo gelu cor- pora urebat, ingensque aere demissa nix mole- sissima erat: quibus incommodis cum mox con- tinuæ supervenirent pluviae, resoluta nive, omnia aquis tegebantur, corrumpabanturque: milites*

vero

Sæcul. XVI ac Cæsarei obsidionales fossas die San-  
A. C. 1552. & tis Innocentibus sacra post sexagesi-  
mam quintam ab hostilis exercitus ad-  
ventu , ac post quadragesimam quin-  
tam diem ab urbe tormentis verberari  
cæpta reliquerunt.

## §. CI.

*Guisii Dux pietas erga vulneratos.*

*Daniel. l. c.* *p. 54. tom. 6.* **Q**uamprimum Guisius Dux obsidionem  
solutam , hostemque inde receden-  
tem confixerat , mox tres Proceres  
totam rei gestæ seriem exposituros ad  
Regem ablegabat , qui ab eodem pro  
successus tam prosperi dignitate summo  
gaudio excipiebantur. Paulo post Ni-  
vernensis Dux , ac Sancti Andreæ Ma-  
rescallus , qui Tullenses , ac Virodunen-  
ses fines valido equitum agmine tue-  
bantur , quantocius Metim concele-  
runt , ac unacum Guisio Duce Cæsareo-  
rum castra , aggeres , ac stationes lu-  
strabant : ubique vero magno numero  
tam ægrotos , quam vulneratos , qui  
ægre animam trahentes opem implora-  
runt , offendebant : Itaque Dux prime-  
vo indolis beneficio magnanimus , ac  
mi-

---

*verro alvi solutione , ac terminum doloribus cor-  
repti ( dysenteriam græci vocant ) magno in  
dies numero interibant.*